

✠ **In** nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo quarto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno quadragesimo primo: die quarta mensis nobembrii indictione secunda neapoli: Certum est nos iohanne et petro seu stephano genitore et filios. cognomento bespuli. et abitatoribus at ribo at sanctum cesarium. nos autem pro vices nostras et pro vices sergio filio et germano nostro: A presenti die promittimus vobis domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiario. et at cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integrum casalem vestrum iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii positum in loco qui nominatur casanicum. una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus seu et cum pischina vestra intus se: quas vero memoratum integrum casale vestrum nobis nostrisque: heredibus dedistis in colligio at laborandum. et detinendum. in eo tenore quatenus nos et heredes nostris illut per omni annuo apto tempore bene et diligenter laborare et excolere seu propaginare et albaciare debeamus ad omni nostro expendio. et sepes eius per giro roncare et emarginare debeamus omni tempore sicut meruerit: et debeamus illum potare et derramare et cultare omni tempore sicut meruerit et ut iustum fuerit at nostro expedio. caucumminas et bites ibidem per omni annue ponere et plantare debeamus hubi meruerit et sicut justum fuerit et at

✠ **Nel** nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quarantesimo quarto di impero del signore nostro Basilio grande imperatore ma anche nell'anno quarantesimo primo di Costantino suo fratello, grande imperatore, nel giorno quarto del mese di novembre, seconda indizione, **neapoli**. Certo è che noi Giovanni e Pietro e Stefano, genitore e figli, di cognome **bespuli** e abitanti presso il fiume **at sanctum cesarium**, noi inoltre per conto nostro e per conto di Sergio figlio e fratello nostro, dal giorno presente promettiamo a voi domino Filippo, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **biridiario**, e a tutta la vostra congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile monastero, per l'intero casale vostro di diritto del predetto vostro santo e venerabile monastero sito nel luogo chiamato **casanicum**, con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con il suo ingresso e tutte le cose ad esso pertinenti e anche con la vostra vasca entro di esso, il quale anzidetto integro casale invero avete dato a noi e ai nostri eredi in affidamento affinché lo lavorassimo e lo tenessimo in quella condizione che noi e i nostri eredi in ogni anno nel tempo opportuno lo dobbiamo bene e con diligenza lavorare e coltivare e propaginare e alberare con ogni spesa a nostro carico e tagliare e delimitare intorno le siepi in ogni tempo come sarà opportuno e dobbiamo potare e tagliare i rami e coltivare in ogni tempo come sarà necessario e come sarà giusto con ogni spesa a nostro carico. E ivi ogni anno dobbiamo porre e piantare sostegni e viti dove sarà opportuno e come sarà

meliozem cultum illum perducere debeamus in omnibus bene ud expedit ad omni nostro expendio: et per omni annue illos seminare et cultare debeamus at omni nostro expendio: et omnia quodcumque nobis dominus deus dederit et que ibi fecimus in quolibet semminatum et glandes per tempore super nos illos recolligere et frugiare debeamus unde nullum nobis exinde queratis per nullum modum: tantummodo homni tempore quandoque glandes abuerit memorato casalis vestro debeatis vobis exinde eligere duos pedes qualis vobis. placuerit et vos vobis illas exinde colligere faciatis. et nos ille vobis bactere. debeamus et vos vobis ille exinde deducere faciatis: et quantum binum per omni annue ibi fecerimus mundum et saccapanna ad palmentum nostrum illos inter nobis dividere debeamus mundum et saccapanna per medietatem. et ipsa medietatem vestra que vobis tetigerit vobis illos exinde traire debeamus per omni annuo usque: intus memorato vestro monasterio gratis: et nos illos per omni annuo bendemiare debeamus ad omni nostro expendio: scapule vero ex eodem casalem vestrum nos et nostris heredibus ille per omni annue cultare debeamus. et insertitum seum castanietum facere et ille fructare debeamus sicut iustum fuerit at nostro expendio. et de ipse inserte et castaneas seu sorbas et bespolos et ballane que ibi abet vel abuerit. etiam et si melas ibidem abueris per omni tempore nos illud colligere debeamus ad omni nostro expendio: et quandoque per tempore illud ad colligendum benerimus vobis illud nuntiare debeamus et inter nobis illud dividere debeamus per medietatem. et ipsa medietatem vestra nos et nostris heredibus illas exinde deducere debeamus usque intus memorato monasterio gratis. et dum vobiscum collixerimus ipsa fructoras una persona

giusto e dobbiamo condurlo a migliore coltivazione in tutto per bene come si conviene con ogni spesa a nostro carico. E ogni anno lo dobbiamo seminare e coltivare con ogni spesa a nostro carico e tutto quello che Domineddio ci avrà dato e che ivi faremo di qualsivoglia seminato e le ghiande per tempo dobbiamo raccogliere e ricavarne i frutti per noi di cui niente a noi chiediate in nessun modo. Soltanto ogni qualvolta il predetto casale vostro avrà le ghiande voi dovete dunque scegliere due alberi quali a voi piacerà e voi fate raccogliere per voi da quelli e noi dobbiamo batterli per voi e voi dovete farne portare via *i frutti*. E quanto vino per ogni anno ivi faremo mondo e vinello presso il nostro torchio lo dobbiamo dividere per metà tra noi, il mondo e il vinello, e la metà vostra che a voi sarà toccata lo dobbiamo dunque trasportare gratuitamente ogni anno fin dentro il predetto vostro monastero. E noi ogni anno dobbiamo vendemmiare con ogni spesa a nostro carico. Le creste di collina dello stesso casale vostro invero noi e i nostri eredi ogni anno dobbiamo coltivare e fare inserteto e castagneto e dobbiamo far fruttare come sarà giusto con ogni spesa a nostro carico. E delle stesse inserte e castagne e sorbe e nespole e **ballane** che ivi sono o saranno e anche mele se ivi saranno in ogni tempo noi dobbiamo raccoglierle con ogni spesa a nostro carico. E quando per tempo noi verremo a raccogliere noi lo dobbiamo comunicare a voi e tra noi lo dobbiamo dividere a metà e la metà vostra noi e i nostri eredi dobbiamo dunque portarle fin dentro il predetto monastero gratuitamente. E finché per voi raccoglieremo gli stessi frutti dobbiamo nutrire una persona vostra come sarà giusto e nel tempo della vendemmia quando vendemmieremo per voi dobbiamo nutrire ogni anno due persone vostre una al campo e una al torchio come

vestra vobis nutrire debeamus ut iustum fuerit. et per tempore bindemias dum vobiscum bendemiaberimus: per omni annua duas personas vestras nutrire debemus unum at campum et unum at palmentum sicut meruerit et ud iustum fuerit: et numquam presummatis vos aut posteris vestris aut memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius nec abeatis licentiam nobis nostrisque: heredibus memoratum casalem vestrum tollere et at quabis personam at laborandum dare aud in vestra proprietatem illum recolligere per nullum modum bene nos et heredibus nostris illum laborantes et cultantes et omnia memorata adimplentes. Ita et nos aut nostris heredibus non abeamus licentiam vobis illum abrenuntiare per nullum modum: actamen firmamus ud quantas querquas abet vel abueris in memoratum casalem vestrum qui non fuerit bone fructifere si vos et posteris vestris vel memorato vestro monasterio illas exinde abscindere volueritis licentiam et potestatem abeatis omni tempore quandoque volueritis: Insuper stetis nobis ut si ex omnibus memoratis vobis posterisque: vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio non adimpleberimus a tunc licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris et memoratus vestro monasterio nobis nostrisque: heredibus memoratum casalem vestrum nobis tollere e de plenum et integrum et elatum exinde foris eicere quia ita sic nobis vone voluntatis stetit: si autem nos aut nostris heredibus quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumpserimus et minime adimpleberimus homnibus memoratis per quobis modum aut summissam tunc componimus nos et heredibus nostris vobis posterisque: vestris et at memorato vestro monasterio auri solidos viginti quattuor bythianteos et ec chartula

sarà opportuno e giusto. E giammai presumiate voi o i posteri vostri o il predetto vostro santo e venerabile monastero né abbiate licenza di togliere a noi e ai nostri eredi il predetto vostro casale e di darlo a lavorare a qualsiasi persona o di ricondurlo in vostra proprietà in alcun modo se noi e i nostri eredi lo lavoriamo e coltiviamo bene e se adempiamo tutte le cose menzionate. Così anche noi o i nostri eredi non abbiamo licenza di rinunziarvi in nessun modo. Tuttavia confermiamo che quante quercie avete o avrete nel predetto vostro casale che non fossero ben fruttifere se voi e i posteri vostri o il predetto vostro monastero vorrete pertanto tagliarle abbatene licenza e potestà in ogni tempo quando vorrete. Inoltre fu stabilito fra noi che se non adempissimo tutte le cose menzionate per voi e i vostri posteri e il predetto vostro santo e venerabile monastero da allora abbiate licenza e potestà voi e i vostri posteri e il predetto vostro monastero di togliere a noi e ai nostri eredi il predetto vostro casale e dunque di cacciarci il pieno e per intero e **elatum**. Poiché così fu tra noi stabilito di spontanea volontà. Se poi noi o i nostri eredi in qualsiasi tempo osassimo venire contro questo atto, come sopra si legge, e per niente adempissimo tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persona subordinata, allora noi e i nostri eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteri e al predetto vostro monastero ventiquattro solidi aurei di Bisanzio e questo atto di accordo e di promessa, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del primario Mastalo richiesto di scrivere e i suddetti richiesti di sottoscrivere per l'anzidetta seconda indizione. ✕

Questo è il segno ✕ della mano del predetto Giovanni e del suddetto Pietro e del predetto Stefano genitore e degli stessi figli, invero per conto loro e per conto del

placiti promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus mastali primarii scrivere rogatus et memoratis ut subscriberem rogatus per memorata secunda indictione ✕

hoc signum ✕ manus memorati iohannis et memorati petri seu memorati stephani genitore et filios ipsis vero pro vices suos et pro vice memorati sergii filio et germano suorum quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi ✕

✕ Ego gregorius Curialis: rogatus a memorato genitore et filiis testi subscripsi ✕

✕ Ego Sergius Curialis: rogatus a memorato genitori et filiis testi subscripsi ✕

✕ ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripto genitore et filiis testi subscripsi ✕

✕ Ego mastalus primarius Complevi et apsolvi per memorata secunda indictione ✕

suddetto Sergio figlio e fratello loro, che io anzidetto richiesto da loro per loro sottoscrissi. ✕

✕ Io curiale Gregorio, pregato dal predetto genitore e dai figli, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io curiale Sergio, pregato dal predetto genitore e dai figli, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Gregorio, pregato dal predetto genitore e dai figli, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io primario Mastalo completai e perfezionai per l'anzidetta secunda indizione. ✕